Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs II. Scena II.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Accipiunda & mißitāda iniuria adoleſcentū eſt.
Sed nemo dabit: fruſtra egomet mecum has ratio-
nes deputo.

ACTVS II. SCENA II

Iambici quadrati acatalectici, & ſenarij.

SYRVS, SANNIO.

Cōſilia ſerui, quibus Leonem placat.

TAce, egomet conueniam iam ipſum: cupidè
accipiat faxo, atq; etiam
Benè dicat ſecum eſſe actum, quid iſtuc Sannio eſt,
quod te audio
Neſcio quid concertaſſe cum hero? Sa. nunquam vi-
di iniquius
Certationem comparatam, quàm quæ hodie inter
nos fuit:
Ego vapulando, ille verberando, vſq; ambo defeßi
ſumus.
Sy. Tua culpa. Sa. quid agerem? Sy. adoleſcenti
morem geſtum oportuit.

Eliſio excipitur à verſu ſequenti.

Sa. Qui potui melius, qui hodie vſq; os præbui? Sy.
age, ſcis quid loquar?
PECVNIAM IN LOCO *negligere, maxumum in-*
terdum eſt lucrum. Sa. hui.
Sy, Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceßiſſes pau-
lulum,
Atq; adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum ho-
mo ſtultißimè,
Ne non tibi iſtuc fœneraret. Sa. ego ſpem precio
non emo.

Sed

Sy. Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines Sannio.

Sa. Credo iſtuc melius eſſe: verùm ego nunquam adeo aſtutus fui,

Quin quicquid poſſem, mallē auferre potius in præſentia.

Sy. Age, noui tuum animum: quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ,

Dum huic obſequere: præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum Sa. hem.

Sy. Coëmiſſe, hinc quæ illuc veheres, multa, nauem conductam, hoc ſcio,

Animus tibi pendet: vbi illinc ſpero redieris, tamen hoc ages.

Sa. Nuſquam pedem, perij hercle: hac illi ſpe hoc inceperunt. Sy. timet:

In eci ſcrupulum homini. Sa. ô ſcelera illuc, vide, Senarij.
Vt in ipſo articulo oppreßit: emptæ mulieres
Complures & item hinc alia, quæ porto Cyprum.
Niſi eò ad mercatum venio, damnum maximū eſt,
Nūc ſi hoc omittā, actum agam: vbi illinc rediero,
Nihil eſt, refrixerit res, nunc demum venis?
Cur paſſus? vbi eras? vt ſit ſatius perdere,
Quàm aut hic nunc manere tādiu, aut tū perſequi.

Sy. Iámne enumeraſti, quod ad te rediturū putes?

Sa. Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Æſchinum?

Per

In per, eliditur e.

Per oppreſsionem vt hanc mihi eripere poſtulet?
Sy. Labaſcit: vnum hoc habeo: vide ſi ſatis placet,
Potius quàm venias in periculum Sannio,
Seruéſne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi,
Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil: omneis dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defraudet? nuſquã abeo. Sy. vt lubet
Nunquid vis, quin abeam? Sa. imò hercle hoc quæſo Syre,
Vt vt hæc ſunt, potius quàm lites ſequar,
Meum mihi reddat, ſaltem quanti empta Syre,
Scio te non vſum antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe & gratum. Sy. ſedulò
Faciam. ſed Cteſiphonem video. lætus eſt
De amica. Sa. quid, quod te oro? Sy. pauliſper mane.

ACTVS II. SCENA III.

Iambici quadrati acatalectici.

CTESIPHO, SYRVS.

Cteſipho laudat fratrem, vt apparet Æſchinum bona & liberali natura prædicaſſe

Abs quiuis homine, cum opus eſt beneficium accipere gaudeas:
Verùm enimuero id demum iuuat, ſi, quem æquom eſt benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego te nunc laudem? ſatis certò ſcio:

Nun-